cte ad dominum conuertantur iuxta illud Deutero-
nomij. Perfectus eris et ſine macula cum domino deo
tuo. Ve duplici corde et peccatori terram ingredien-
ti duab⁹ vijs. Si quis vero ſufficienter expectatus ⁊
monitus mores corrigere ac religionis formã indue
re negligit preſertim ſi rebellis aut contentioſus ex-
titerit non eſt proficientium numero aggregandus.
Infidelis ſi diſcedit diſcedat vna ouis morbida con
tagione mortifera totum gregem contaminet. Per-
uerſus et inſolens non niſi in onus religionis et diſ-
ſolutionem admittitur.

¶ De nouiter profeſſis in ordine. Cap. vi.

Ad profeſſionez admiſſis ſit q̃ maxima cura ne
defluãt perfecti quiq̃ magna ſe diſcretiõis ſub
tilitate ↄſpiciant ne ad exteriora vnq̃ vel in opere
vel in cogitatione labantur. Si curare parua negli-
gimus ſenſibiliter seducti audẽter etiã maiora per-
petram⁹. Suſcepta zetiã. examinis tp̃e. diſciplinam
prudẽs nõ abijcit imo nec ſuũ continuo quaſi iã ſibi
ſufficiẽs deſerit iſtructorẽ. Eget rectore nouici⁹ eget
nouus directore ꝓfeſſus. Vanus et fictus vt inſtru-
ctoris curam euaſerit inſoleſcit aſſumit cornua fit p̃
ſumptuoſus et audax et quaſi vaca laſciuiens a pri
ma informatione declinat. Ceſſat oratio tepet deuo
tio confeſſio peccatorum negligitur vt putes eum
aut ſui oblitũ aut nõ habere pctm̃. Facit quidẽ dila
ta confeſſio vt negligens mũdus appareat licet non
exiſtat duz culpas abſorbet obliuio abſoluit. Multi
plicant duz nõ curant offenſe multiplicate ne diſcer
nent et corrigãtur impediũt. Multitudo peccatorũ
impedit ne videantur. Vñ piger tunc eſt maxime vi
cioſus cuz vicia non agnoſcit. Sic filia fatua in de/

minoratiõe erit. Iuſtoꝝ aũt ſemita q̃ſi lux ſplendens
ꝓcedit et creſcit vſq; ad ꝑfectã diem. Profeſſi ergo
ꝓfiteãt ꝑfectum p̃ſumptionem preſcribant. Dabit
ad hoc humilitatis et paupertatis conſtantia ꝑſeue
rans affectuū ⁊ curarum abiectio terrenarum exer
citatio charitatis et que complectitur omnia conſide
rationis attentio. ¶ Summa religioſi virtus humi
litas q̃ ipm̃ curat ꝑficit et conſeruat. Sine hũilitate
nulla v̄tus nulla ꝑfectio aut acq̃ritur aut ſeruatur
Virtutũ ſiq̃dẽ bonũ quodã ac ſtabile fundamentum
hũilitas. Rẽpe ſi caret illa: virtutũ aggregatio nõ ẽ
niſi ruina. Et qm̃ ad hũilitatẽ hũiliatio via eſt: non
erubeſcãt hũilia: nec hũilitatis officia facile reſpuãt
nec impoſita recõmendent. Ois ab eis p̃ſumptionis
audacia preſcribat. Antiquioribus fratrib⁹ in ordi-
ne deferant ac ſemꝑ eoꝝ reſpectu ſe iuniores ⁊ nouici
os reputent. Ad exteriora vel honoris alicui⁹ officia
ꝓuehi non affectent. Multos propera nimis ꝓmotio
a virtutũ iã ꝑfectu ꝑ viciũ elatiõis deiecit. Qui mũ
dũ deſerũt (ait ſanctus) ad exteriora officia vehi non
debent: niſi ꝑ humilitatē diutius in eiuſdem mundi
contemptu ſolidentur. Et q2 nouoꝝ et iunioꝝ tenta
tio ſolet eſſe facile ſuperbie: neſcire moduꝫ hũilitatis
ſeruare ⁊ ſi forte in aliquo preſint officij metas exce
dere: ac de minimis grãdia iactitare attendãt ſibi ſ̃
his vigilanter. Non poteſt intimo conſcientie teſti-
monio gloriari veraciter: niſi qui glorioſas perfecte
reſpuerit. ¶ Pauꝑtas in oĩbus placeat ne iteꝝ ſiue
in libris ſiue in alijs rerum ſe velint ſarcinulis onu-
ſtare. Perfecta reruꝫ adiectio a cura expedit menteꝫ
ab infectione affectum. Nemo in chriſti expeditione
liberior: nil habente. Si aliquibus egeant ſtudeant

parcitati. Super omnes diuitias diuitem facit pau-
pertas. Hec quoqꝫ in victu et in his q̃ carnis ſũt ma
xime amplectãda. Non eſt euangelici pauperis gau
dere ſuperfluis luxibꝰ indulgere et quod nec diuites
poſſunt ſemꝑ velle in oibus abundare nec penuriam
ſcire pati. Familiaritates ſuperfluas fugiant. Eſto
ait quidã oibus benignus nemini blandꝰ paucis fa
miliaris oibus equus. Et ſanctus. Tria inquit reli-
gioſum quemlibet docent pauca loqui paucos habe
re familiares et multuꝫ orare. Ubi multi familiares
ibi multe locutiones et ſibili ſingulares. Si familia-
rem admittis ſit quem etas mores diſcretio et hone-
ſtas inſignit et commẽdat. Familiaritas ſi fuerit or
dinata nõ erit blanda improba puerilis ¶ Eſt mode
ſtia quedam in ſancta familiaritate ſeueritas ẽ ⁊ iu
ſtitie rectitudo. vt nullatenus vicium foueatur nec
pro amico proximꝰ offendatur. Noli ait ſapiens pro
amico inimicus fieri proximo. Secularium deniqꝫ fa
miliaritas ĩdiſcreta religioſi quietẽ multipliciter in-
quietat. Nulliꝰ gratiã munuſculis cõparent. Si q̃d
forte alicui vel cauſa exacti neceſſaria prorſꝰ religio
nis lege licentia preobtẽta obtulerint honeſtas rei et
vilitas p̃cij religioſoꝝ et pauperꝝ exenium eſſe ꝓbẽt
¶ Nõ frequenter ꝓpinquos nec exterioribꝰ ſe ĩplicẽt
curis ſed ſalutis proprie memores agẽde potius pe-
nitentie vacent. ¶ Non cadat a mente profeſſio ſed
ſemper ad quid venerint cogitent. Penſent quid de
quibuſdam ait ſanctus gregorius. Sepe inquit non
nulli aperte prauitatis vias deſerãt. ſanctitatis ha-
bitum ſumunt ſed mox vt prima limina bene viuen-
di contingerint obliti quid fuerint affligi iã per pe-
nitentiam de conſummatis nequitiis nolunt. Lau-

dari vero inchoata iuſticia appetunt/preeſſe et iam
ceteris melioribus cõcupiſcũt. Et poſt pauca. In re
bus ait multiplicibꝰ occupati atq; ipſa occupatiõe
confuſi non ſolum perpetrata minime deplorãt:ſʒ ad
huc que deplorentur exagerant. Scdm aplꝫ. Nemo
militans deo iplicat ſe negocijs ſecularibus vt ei pla
ceat cui ſe probauit. ¶ De ſancto legitur ꝙ quanto=
magis ſe ab humanis curis et colloquiis ſequeſtra=
bat tanto illi vicinior ⁊ ꝓpinquior deus erat: ¶ Vi=
tanda maxime colloquia mulierum. Non poteſt to=
to corde habitare cum domino/qui mulierum acceſſi
bus copuletur. ¶ Charitatis obſequia libenter im=
pendãt. Charitas ſemper reddita ſemper detinet de
bitorem. Hec autẽ quõ neget amicis q̃ etiam debet
inimicis. ¶ Poſtq; vel orationi vacauerit vel ad ſtu
diũ ſe dederint/ad ſeruiendum fratribus ſurgãt ⁊ ſi
neceſſe fuerit officiales nunc hunc:nũc illum diſcrete
tamen ⁊ prout oportuerit iuuent vt ſecundũ apoſto=
licam doctrinam et vitam manibus ſuis laborantes
qmod bonum eſt:aliorum fratrum etiaʒ corporaliter
ſi fieri poteſt participãtes laboribꝰ in caritatis ſem=
per exerceantur operibus et cibuʒ corporis nõ abſq;
labore comedãt corporali vt hec ſancta conſuetudo
ipſos in humilitate cuſtodiat in fraterna dilectione
et omni perfectione confirmet. Qui communibus in
ſtãt ſuiſq; obſequiis alios portant ſunt corporali ſi=
mul et ſpirituali ſuffragio ſupportandi. Merito ſin=
guli pro his orant qui pro communitate laborãt. In
ſpiritualibus bonis martha participet cum maria
que vtriq; ſunt ſorores et equa ſit pars deſcendentis
ad prelium et permanentis ad ſarcinas et equaliter
diuidant. Qui nobis corporaliter obſequuntur iuſte

fortem in neceſſariis ſpirtualibꝰ aſſequunt[ur]. Rurſum communitatis operibus familiaris nemo pre-
ponat. Charitas de qua ſcriptum eſt. Nō querit que
ſua ſunt ſic intelligitur que communia propriis nō
propriis communibus anteponit. Conſiderationi de
niq; ante omnia et in omnibus vigilandum que ad
finem et directionem attendit. Finis ad quem no
ſtra tendit profeſſio regnum dei vel potius ipſe de-
us. Directio qua illic tenditur mentis eſt puritas.
ad ipſum principaliter directiua. Herenduz iugiter
his duobꝰ. Neceſſe eſt enī mentē cōſiderare quo recur
rat cuiq; principaliter inhereat. Non herentē ei per
ſingulas horas atqz momenta pro incurſuum varie
tate mutari atqz ex his que extrinſecus accidunt in
illum ſtatum reformari qui primus ꝓcurrerit neceſ
ſe eſt. Hinc eſt ꝙ multos pro chriſti amore maxima
contemnentes priſtinū tamen affectnm in minimis
retētentes pro graphio videmus acu vel calamo cō
moueri. Iraſcuntur mobiliter et inflantur velut qui
non habent apoſtolicam charitatem. Qui ſi cōtēpla
tionē mūdi cordis fixā tenerent nūꝗ ꝓ paruis rebꝰ
admitterent quod ne ꝓ magnis ac precioſis incurre
rent opibꝰ eaſdē penitꝰ abiicere maluerūt. Unde li
quet perfectuz non ſtatim facultatū ſeu dignitatum
abiectiōe contingi vbi non fuerit charitas illa cuius
apoſtolus membra deſcribit que in ſola cordis puri
tate conſiſtit. Nam quid eſt non emulari non inflari
nō irritati ⁊ reliqua niſi cor perfectum atqz mūdiſſi
mū deo offerre et intactū a cūctis ꝑturbationibꝰ cu
ſtodire? Quicquid ergo nos ad hanc puritatē poteſt
dirigere tota virtute ſectandū eſt. Quicquid autem
ab hac poteſt retrahere ꝗuis neceſſarium et vtile vi

deatur vt pernicioſum et noxium deuitādū. Sine via tendentibus labor eſt itineris nō profectꝰ. Operantur ⁊ ſeruant ꝙ maxime puritatē perfecta humilitas et expeditio mētis a terrenis. ¶ Erit deniqꝫ vt purus animus pura deū oratione frequenter frequētando guſtet guſtando probet ꝙ ſuauis eſt dominus Erit deniqꝫ vt diuino inebriatꝰ amore totā in deum cōſiderationem inflectat: toto in ipſuz deſiderio pergat: nil ei ſit dulcius nichil iocundius in hac vita ꝙ vacare et videre qm̄ ipſe eſt deus / quod eſt in partibꝰ cōſiderationis potiſſimū. Affecta ſic aīa cōprehēdit cōplectitur ⁊ ſtringit et tenet dicens. Tenui eum nec dimittaz. Puritas itaqꝫ via eſt regia per quā ad ſpōſi amplexus per quā tandē ad patriam peruenitur Per hanc tandē veri iſraelite de virtute i v̄tutez donec videatur deus deoꝝ in ſyon deſiderij greſſu indeclinabili gradiūt. Chriſtū ſup omnia diligūt. Nichil eius amori preponunt in via: que habituri ſunt mercedē in patria. ¶ Et nunc ego qui licet admodū imperfectus et rudis per obedientiam tamē erudiēdis ſimplicibus aliqua hec documenta cōgeſſi pulchruz depingens hominē pictor fedus. Eos ſupplex ꝑ dn̄z obſecro vt me ſibi et ſi minus proficuum tamē beniuolum attendentes: in orationibus ſuis mei meminerit peccatoris quatenꝰ eis orationibꝰ meoꝝ veniā peccatorū aſſecutus in potētias domini vna cum eis merear introire ipſo miaz dn̄o id p̄ſtantē cui eſt honor et gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Explicit ſpeculum
diſcipline ad nouicios.